FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

# Alte Drucke

## F. IOAN. DVNS || SCOTI, || ORDINIS MINORVM, || THEOLOGORVM OMNIVM || EMINENTISSIMI, || Atque Academiæ subtilium Antesignani, || Quæstiones Tertij ...

Duns Scotus, Johannes

Venetiis, 1580

DISTIN. VIII.

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150218

Visual Library

A POST PRÆDICTA INQVIRI DEBET &c.

## DISTIN. VIII.

## QVAESTIO. VNICA.

*Vtrum in Chriſto ſint duæ filiationes.*

CIRCA iſtam diſtin. 8. in qua magiſter agit de incarnatione, quantum ad idiomatũ cõicationem, quæritur vtrũ in Chriſto ſint duæ filiationes. Qđ non, filiatio cõſtituit filiũ, ergo duæ filiationes duos filios. Sed Chriſtus nõ eſt duo filij. ergo nec in eo ſunt duæ filiationes reales. ¶ Præterea, ſm Anſe. filius eſt incarnatus, nõ alia perſona, ne fieret confuſio in proprietatib. ergo mõ nõ eſt illa confuſio, quæ
B eſſet, ſi pr̃ eſſet incarnatus. ergo & mõ filius nõ eſt filius aliqua alia filiatione, q̃ ęterna, alioquin mõ minus eſſet confuſio proprietatũ pp incarnationẽ filij, q̃ pp incarnationẽ pr̃is, quia non magis vnica filiatio. ¶ Præterea, non eſt filiatio realis ad matrẽ, niſi pp relationẽ realẽ, quã habuit ad matrẽ, iſtã relationẽ nõ habuit in morte, qa ſoluta fuit tũc illa vnio. ſ. aĩæ ad corpus, ex quib. vnitis eſt natura. ergo tũc non habuit illã filiationẽ. aut ergo in reſurrectione illã habuit, & hoc vr̃ inconueniens, quia reſurrectio fuit alia acceptio illius eſſe, q̃ gñatio, & ita aliud eſſe acceptum, aut non habuit eã in reſurrectione, & tunc non eſſet mõ filius Mariæ, ſicut ante mortẽ. ¶ Pręterea, non oportet ponere in Chriſto aliquã relationẽ realem ad matrẽ, niſi ſaluando ipſum eſſe verum filium C
eius, ſed hoc ſaluatr̃ non ponendo in eo aliquã relationẽ realem ad eã, ſicut Deus eſt dominus realiter creaturæ, & tñ relatio dñi non eſt in eo relatio realis ¶ Præterea, Deus * producit *a. l. produxit.* creaturas inquantũ artifex, hoc tñ ſolum eſt inquantum hẽt relationem rõnis, quia ſcĩa ſua eſt ars inquantũ cauſat in ſe ideas per actum rõnis. ergo ipſum eſſe artificem, & potentem creare dicit in eo tm̃ relationẽ rõnis. ergo multo magis Chriſtũ eſſe filium Mariæ dicit tm̃ in eo relationem rationis, qa vr̃ magis neceſſarium, ꝙ illa habitudo, q́ præſupponitur alicui rei ſit realis, q̃ iſta, quę conſequitur rem.

¶ Pręterea, ſi eius ad matrem eſſet relatio realis, tunc eſſet realiter ęqualis matri ſecundum naturam humanam. conſequens eſt falſum, quia ęquali- D
tas fundatur ſuper vnitatẽ vnionis, non eſt aũt ibi realis vnitas vnionis ad matrem, ſicut patet diſcurrendo per omnes vniones reales, igitur &c.

¶ Cõtra, ſi pater fuiſſet incarnatus, fuiſſet filius, non filiatione ęterna, ergo tpali. ſed proprietas ęterna filij, ita abſtrahit ab oĩ creatura, vt termino, ſicut ꝑprietas patris. ergo filius Marię filiatione ęterna non habet reſpectum ad matrem, vt propterea dicatur eius filius. ergo ſecundum aliam. ¶ Pręterea, phi. 5. met. c. de ad aliquid infert ꝑ inconuenienti, ꝙ idem bis dicatur, ſed ſi eſt inconueniens, hoc maxime erit de eodem fundamento, & ſuppoſito, & relatione eadem. ergo Chriſtus eadẽ relatione non poteſt dici relatiue ad matrem, & patrem.

*Vide magiſtrũ di. 2. huius.*

*t. c. 20.*

*Vide Aui. 7. met.*

A

*Sanctus Bon. præſenti diſt. arti. 1. q. 2. et Hen. quol. 4. q. 3. & Th. vbi infra. quare th. quol. 1. ar. 2. & quol. 9. ar. 4. & OcKam quolt. 4. q. 15.*

HIC DICITVR ꝙ non ſunt in Chriſto duæ filiationes reales, & hoc propter duas rationes. ¶ Vna eſt, quia filiatio eſt per ſe ſuppoſiti, non naturæ. hic autem non eſt niſi vnum ſuppoſitum, ergo nec niſi vna filiatio.

CONTRA iſtam poſitionem, & eius rationẽ arguo, quia ſi filiatio tantum eſt perſonæ, ſic ꝙ non poſſit plurificari, ſed fundamentum plurificetur, aut ergo hoc conuenit ſibi vnde relatio abſolute, aut vnde relatio talis originis. ¶ Non primo modo, quia tunc ſi Chriſtus fuiſſet albus, non fuiſſet realiter ſimilis alij albo. Nec fuiſſet realiter æqualis alij hñti tantã quantitatem, quantam ipſe habuit. Tunc etiam in ſuppoſitis creatis relationes non poſſent plu-

B rificari plurificatis fundamentis. ¶ Si ſecundo modo, hoc falſum eſt, quia non magis repugnat relationem originis plurificari in ſuppoſito, quam ipſam originationẽ, quæ præcedit iſtã relationem originis, vt proxima ratio fundandi eam, ſed origines plurificantur in eodem ſup

*Lib. 3. 27.* poſito ſecundum Damaſ. [53. duas generationes Chriſti veneramur. ¶ Præterea, pater æternus, & ſi ſit vnum ſuppoſitum, tñ habet duas relationes originis, ad filium. ſ. & ſpiritum ſanctum. Er ita ſuper idem ſuppoſitum, & idem fundamentũ fundantur duæ relationes originis actiue. ergo multo magis ſuper duo fundamenta diuerſa poſſunt fundari duæ relationes originis paſſiuæ. ¶ Item ſecundum Dam. c. 53. Chriſtus habet duas operationes. relatio autem non magis reſpicit ſuppoſitum, quã operatio, quia ſuppoſiti eſt operari. 1. met. igitur &c. C

¶ Ex hoc etiam de operatione poteſt argui ad propoſitum, quia ſicut Chriſtus operabatur naturaliter quibuſdam operationibus naturæ humanæ, quia comedit, & bibit. Ita ſi* genuiſſet duos filios, realiter habuiſſet duas paternitates ad illos propter duas generationes actiuas. ergo mõ propter duas generationis paſſiuas habet duas filiationes. ¶ Item. quod competit Chriſto præciſe ſecundũ rõnem perſonalitatis æternæ, non dr̃ de eo inquantum homo. vnde hæc eſt falſa. Chriſtus inquãtum homo eſt perſona. igitur & hæc. Chriſtus inquãtum homo eſt filius. ſi filiatio tãtummodo diceretur de eo ſecundum rõnem perſonalitatis æternæ.

D

ALIA RATIO quæ ponitur pro prima opi. eſt, quia duæ diſpoſitiones eiuſdẽ ſpeciei nõ poſſunt poni in eodẽ. ergo nec duæ filiationes. Antecedens declarat̃ ab alijs ſic. Tum, quia potentia eſt per ſe ad formã, non aũt per ſe ad hãc formam, quia eſt hæc per hoc, ꝙ recipitur in iſto. ergo ſi poſſet eſſe in actu ſecundũ vnam formam, & in potentia ſecundum aliam, idẽ ſecundum idem, puta ſecundum formam, cui vt ſic accidit eſſe hanc vel illam, eſſet primo in potentia, & in actu. Tum, quia oĩs diſtinctio, aut eſt ꝑ naturã diuiſionis, aut per naturã oppoſitionis, ꝑ naturã oppoſitionis non põt eſſe diſtinctio in eadem ſpecie, nec ꝑ naturã diuiſionis, vbi eſt idẽ ſubiectũ. quia accidẽtia non hñt diſtinctionem numeralem, niſi a ſubiectis, ſicut nec entitatẽ. ¶ Et confirmat̃, quia non

poſſunt

FRANCKESCHE STIFTUNGEN

A poſſunt eſſe plures proprietates abſolutę eiuſdem rōnis in diuinis, quia illæ non diſtinguerentur, nec per oppoſitionē neque per diuiſionem, niſi eſſentia diuina in qua ſunt diuideretur, quod eſt inconueniens. ergo &c. conſequentia declarat̃, quia oīs generans primo actu generandi, acquirit paternitatē ad primum filiū. ſecundo actu generandi nullam paternitatē nouam acquirit; ſed p̄ eandem paternitatē ſe hēt ad filium ſecundum. ſicut igit̃ ibi non poſſunt eſſe plures paternitates, q̄a ſunt formæ eiuidē ſpēi, ita nec hic plures filiationes propter eandem rationem.

CONTRA iſtam rationē ſecundam, maior vĩ falſa, & minor ſimiliter, ꝙ maior, probat̃, quia in oī ordine eſſentiali cū vnitate prioris eſſentialiter pōt

B ſtare pluralitas poſterioris naturaliter, non per ſe, nec adæquate inhærentis priori, ſubiectum eſt prius eſſentialiter illa diſpoſitione, q̄ ponit̃ ſibi inhærens, q̄ nec p̄ ſe ei inhæret, nec adęquate. ergo &c. maior probat̃, per ſimile in cā, & effectu, q̄a vna cā pōt eſſe reſpectu plurium effectuum, & licet ibi effectus, non inſint cauſę, non tñ eſt maior repugnantia in illis poſterioribus q̄ inhęrent, ſi tñ non per ſe inhæreāt, q̄ in alijs, q̄ per ſe exiſtunt, q̄a tunc vnum non eſt cā intrinſeca alterius, ita ꝙ ad vnitatem eius ſequatur vnitas alterius, & maxime ſi non ſunt adæquata, ita ꝙ vnum illorum in actualitate*completa determinet potentialitatem receptiui. non eſt ergo contradictio plura abſoluta eiuſdem rōnis per accidens ineē eidē, cui nullū eorū adęquatur. ¶ Illud ēt probat̃ de facto,

*a.l. vbica- ra term- net.*

C quia plures ſpēs phantaſticæ ſunt in eodē organo phantaſię, alioq̄n deleta ſpecie vnius imaginabilis, non poſſet aliquis perfecte imaginari aliquod imaginabile. Et patet ꝙ iſtę ſpēs ſunt eiuſdem ſpeciei, ſicut & obiecta a quibus generātur. Et ſunt in eadem parte organi, quia organū nō poſſet in tot partes minimas diuidi, quæ poſſent p̄ ſe informari tot ſpeciebus imaginabilibus ſeparatim exiſtentib. quot poſſunt ſimul eſſe in toto organo. ergo oportet, ꝙ eis non correſpondeant diſtinctæ partes organi. Et ſi obijciat̃. quare ergo non pōt per operationem naturæ eadem quantitas alterari ad plures qualitates ſimul hñdas, quæ ſunt eiuſdem rōnis.

*Dubium ſubtiliſſimum.*

¶ Rñdeo, ꝙ cū in ſubiecto ſint plures potentiæ, ad plures formas eiuſdem ſpeciei, ſi non inducatur aliquis actus continēs oēs actus, qui pñt illi perfectibili ineſſe, nō terminatur tota potentia ipſius ſuſceptiui, & iō nō eſt contradictio, ꝙ aliqua alia forma ſimilis inſit, tamen de facto non inducitur alia p̄ agens naturale, quia ipſum intendit formam præexiſtentem imperfectam perficere. inducit enim aliquam realitatem, quæ nata eſt eſſe pars cum realitate præexiſtente, & vnit eā realitati prę exiſtenti, vt partē parti, & ita nō inducit formā oīno aliā. non eſſet tñ repugnantia, ꝙ ipſa eſſet alia, ſubiecto nō p̄p̄ hoc diuerſificato, quia ſubiectum hñs potētialitatem ad plures formas eiuſdem ſpeciei eſt illimitatum ad illas, & illimitatum ad aliqua non oportet commultiplicari illis. ¶ Hæc ratio dicta procedit

D

A de pluribus abſolutis in eodem perfectibili, & licet ipſa non cõcluderet propoſitum de relationibus eiuſdem ſpeciei, tñ illud idem facilius probatur, primo, quia ſicut p̃nitas fundat̃ ſuper genuiſſe, ita hæc paternitas ſuper hoc genuiſſe, & hæc filiatio ſuper hoc genitum eſſe, pater ergo hac paternitate primo reſpicit hunc filium hac filiatione. ¶ Præterea. correlatiua ſunt ſimul natura. ita ꝙ deſtructo vno deſtruitur & reliquum. ergo deſtructa hac filiatione in hoc filio, deſtruitur hęc paternitas in hoc patre. Cũ ergo maneat pater reſpectu ſecundi filij, mortuo primo, ſequitur ꝙ alia paternitas fuit ad ſecundum filium ab illa, quæ fuit ad primũ. nam nulla noua relatio aduenit per hoc, ꝙ primus filius cor- B rumpitur, ſicut nec noua generatio aduenit, ponendo ꝙ ſecundus filius fuiſſet genitus viuente primo filio.

¶ Præterea, quando aliquid eſt in aliquo vltimate tale, non poteſt illud manere in ipſo, niſi ipſum habens illud ſit ipſo tale. ſicut non poteſt albedo manere in ſuperficie, niſi ipſa ſuperficies ſit alba, & maxime ſi ſuperficies ſit vltimate alba albedine, ſed relatio eſt qua habens eſt vltimate ad aliud. igitur nõ poteſt manere eadem in eo, niſi illud in quo manet ſit per illam ad aliud, igitur non manet eadem paternitas deſtructo illo termino ad quem habens dicitur formaliter tale relatione illa. ¶ Præterea, pater aliquo mõ aliter reſpicit ad hunc filiũ, & illum, ſi alia relatione, hr̃ propoſitũ, ſi non alia relatione, ſed alio reſpectu eiuſdẽ* relationis, iterum hr̃ propoſitum, quia illi re- C ſpectus erunt eiuſdẽ rõnis, q̃a fundamenta eiuſdem rationis ſunt ſimiliter, hoc eſt falſum, quia reſpectus non ſemper fundat̃ in* relatione, vt aliud ab ea, quia ponere talia duo eſt ſuperfluum, ꝙ ſi reſpectus ſit idẽ relationi, in qua fundat̃, ergo idẽ eſt dicere reſpectum plurificari, & relationem plurificari. ergo hr̃ propoſitum ¶ Præterea. diſtinctio prioris naturaliter concludit diſtinctionẽ poſterioris, ſed non tm̃ ſuppoſitum relatũ præcedit relationem, ſed ẽt fundamentum. ergo multiplicato fundamento multiplicatur relatio, & ita in propoſito, cũ ſint duo fundamenta duæ erunt relationes. ¶ Præterea. minor illius rõnis eſt falſa, quia filiatio æterna & filiatio tp̃alis non ſunt eiuſdẽ D rõnis, quod maxime verum eſt ſecundum eos, quia ipſi negant aliquid eiuſdem rõnis poſſe dici de æterno, & temporali.

*a.l. rõnis.*

A D QVAESTIONEM ergo dico, ꝙ alia eſt filiatio in Chriſto ad p̃rem. Et alia ad matrem. Et vtraq; eſt realis. ¶ Primũ probo. quia filiatio eſt habitudo producti naturaliter ſimilis producenti in natura intellectuali. ¶ Iſtæ particulæ patẽt, q̃a ſicut p̃nitas eſt habitudo producentis, ita filiatio producti, naturaliter ẽt. nã pp̃ defectum huius particulæ. ſ. i. non eſt filius ſimilis producẽti, & pp̃ hoc vermis non eſt filius ſolis in natura intellectuali, iõ ignis non eſt filius ignis, nec planta plantæ, nec proprie bos bouis. ¶ Quod ſi omnino contendas brutũ eſſe filiũ bruti, vt vitulum eſſe filium bouis, tunc filiatio eſt habitudo producti naturaliter ſimilis

A milis producenti in natura intellectuali, vel ſenſitiua. In iſta deſcriptione nihil ꝑ ſe & primo reſpicit ſuppoſitū, niſi rōne productionis paſſiuę, quia oīa alia addita reſpiciunt naturam, vel in producente, vel in producto, vel in vtroq;. filiatio ergo rōne nullius magis determinat ſibi, vt ſit ſuppoſiti, q̄ gn̄atio paſſiua. ſed gn̄atio paſſiua plurificat̄ ad plurificationē ipſarū naturarū actualiter exiſtentium acceptarum ꝑ ipſas gn̄ationes, ſicut patet ꝑ Dam. 53. ꝙ Chriſti ſunt duæ gn̄ationes. ergo & ipſa filiatio plurificatur ad plurificationē earundē. ¶ Idem, ꝙ argutum eſt ex fundamētis, probatur ex terminis, quia ad duos terminos nō pōt eē eadē relatio, qa

B tunc eadem ſimul eſſet, & non eſſet. ¶ Præterea. *propoſitū magis in ſpāli, quantū ad primum oñditur ſic, quia quæcunq; proprietas perſonalis diuina ęque non reſpicit aliquid creatum ꝑ termino. ergo ſicut pr̄nitas ęterna non pōt eſſe relatio, qua pr̄ diceret̄ pr̄ tpaliter. ita nec filiatio ęterna qua filius diceret̄ filius tpaliter. ¶ Secūdū videlicet ꝙ vtraq; ſit realis, patet de æterna, qa realiter eſt filius ęternus, probo de tpali, quia illa relatio eſt realis, q̄ cōſequitur extrema ex natura extremorū ſine actu intellectus, poſita aūt matre generante, & ita ſuppoſito hn̄te naturam per generationem ex natura extremorum ſine actu intellectus, ſequitur hic filiatio, ſicut ibi maternitas. ¶ Quod ſi qs fingat ibi intellectū operari ad cāndum relationem, hoc improbatur, quia ſi Maria genuiſſet purum hoīem, fuiſſet vere mater, & ille filius relatione reali, ſed non minus egit, mō q̄ tunc

*a. l. argumentū poſitū in q. ad oppoſitū in ſpāli arguendo propoſitum bene concluditur, quia quæcunq; &c.*

C egiſſet, nec Chriſtus vt hō, minus realiter accepit naturam ab ipſa, q̄ purus hō accepiſſet. ergo ita ex natura extremorū eſt mō filius ſicut tunc fuiſſet, & ita ęq̄ realis relatio modo, ſicut tunc. ¶ Sed eſt vnum dubium. vtrum iſta filiatio realis ſit eadem fundamento, ſ. naturæ acceptæ per generationē, & vr̄ ꝙ ſic, quia reſpectus creaturæ ad Deū vt ad cām efficientem, eſt idem fundamento ex diſt. 12. lib. ergo & reſpectus ad proximū efficiens eſt idem effectui. conſequentia probatur, quia oēs cauſæ efficiētes ordinatæ hn̄t rōnem vnius cauſæ totalis, vna & eadem relatio non eſt eidem conſubſtātialis, & non conſubſtantialis. igitur &c. ¶ Rn̄deo, ꝙ iſta relatio

*Hac in quibuſdā originalibus aſſignatur. 2. q. huius diſt. q. 4. & 5.*

D non eſt eadē fundamento, quia ſicut cōtradictio eſt aliquid manere idem in re, non manente illo, quod eſt ſibi idem realiter. ita contradictio eſt aliquid eſſe realiter idē alicui, ſine quo manente pōt illud manere idē. ergo ſicut relatio prima alicuius ad *illud, ſine *quo ipſum nō poteſt eſſe, eſt idē relato. ita relatio ad quodcunq; ſine* qua relatum pōt eſſe, eſt non eadē relatio, ſed iſta natura poſſet eſſe eadem numero ſine habitudine iſta ad matrē, & ſine matre, vt termino, quia poſſet eadem natura fuiſſe creata immediate a Deo, quia quicquid mediante cā ſcd̄a poteſt, immediate per ſe poſſet, ēt eadē natura poſſet fuiſſe habita per gn̄ationē tpalem alterius matris, ſicut factū fuit 2. lib. vbi dictum eſt, quod idem qui eſt filius vnius patris, potuit fuiſſe filius alterius patris. ergo & cætera. ¶ Si obijcias, quia

*a. l. Deū.*
*a. l. qua.*
*a. l. quo.*
*diſ. 20. q. 2.*

A quia licet natura potuiſſet pro-
duci in eſſe,ita ꝙ non fundaret̃
in ea illa filiatio, tamen ex quo
ipſa filiatio fundata eſt non vr̃
natura poſſe manere ſine hac
filiatione,immo vr̃ ꝙ ſit contra
dictio,quia hñtem hanc naturã
eſſe filium,eſt ipſum eſſe geni-
tum ab hac matre in hac natu-
ra, ſed qui genitus ab hac ma-
tre in hac natura non põt eſſe
nõ genitus ab hac matre in hac
natura.quodcunq;.n. præteritũ
non fuiſſe includit cõtradictio-
nem.ergo hñtem hanc naturam
a gñante acceptam,nõ eſſe hũc
filium hac filiatione,includit cõ
tradictionem qđ non eſſet,ſi fi-
liatio accideret huic naturæ.
¶Rñdeo,aut filiatio eſt præciſe
relatio fundata ſuper gñationẽ
paſſiuam,quæ iam pt̃ærijt, vt
ſiue in re,ſiue in intellectu dica
tur aliquis eſſe filius,quia aliqñ
B fuit genitus,ita ꝙ eſſe filiũ non
prædicet aliquid de pñti reali-
ter,licet vocaliter, ſed tñ aliq̃d
de p̃terito, ſicut ſortẽ eſſe cur-
ſurum, licet compoſitio vr̃ eſſe
de pñti, tñ realiter nõ prædicat̃
aliquid,niſi pro futuro,q̃a æqui
ualet iſti, ſortes curret.ita hic,
ſortes eſt genitus æquiualet iſti.
ſortes fuit genitus, & ſecundũ
iſtum intellectũ æquiualet iſti.
ſortes eſt filius. & hoc mõ filius
dicit relationem realem, ſed nõ
ſecundũ eſſe ſimpliciter.ſ.actua
lis exiſtentiæ, ſed ſecundũ eſſe
præteritum, quod eſt eſſe reale
ſecundum quid, ſicut ſortẽ eſſe
futurum.¶Vel magis,quemad-
modum potẽtia ante actum in
natura potentiali dicit relatio-
nem realem vno modo, ſed ſe-
cundum diminutam entitatem
rei,ſecundum hunc modum vr̃
obiectio illa procedere, q̃a ſ̃m
iſtam viam quicunque fuit ali- C
qñ filius,nunquam põt nõ eſſe
filius,ſicut qđ fuit,non põt non
fuiſſe,quẽadmodum ẽt, qđ qñ-
que eſt poſſibile,non põt nõ eſ-
ſe poſſibile, quãuis non ſit actu
pñs.¶Scđm iſtã viã oporteret di
cere, ꝙ Ioannes ſi eſſet annihila
tus,adhuc eẽt fili⁹ Zebedei,nec
Deus poſſet deſtruere iſtam re-
lationem,quantumcunque fun
damentum annihilaret̃ ſecun-
dum exiſtentiam actualem,nec
plus realitatis diceret filiatio
de filio exiſtente,q̃ non exiſten-
te.¶Alio modo poſſet dici,ꝙ fi
liatio dicit relationem produ-
cti paſſiue complete, manente
exiſtentia actuali naturæ acce-
ptæ per generationem ſine in-
terruptione,& hoc modo Chri-
ſtus vſque ad mortem fuiſſet fi
lius Mariæ,ſed poſt reſurrectio-
nem non,quia exiſtentia actua-
lis naturæ humanæ acceptæ per D
generationem Mariæ fuit inter-
rupta p̱ mortẽ.& ipſam exiſten-
tiam,vt ſecundo acceptam p̱ re
ſurrectionem conſequebat̃ alia
relatio ad Deum reſuſcitãtem,
ſecundum hoc ẽt nullus eſſet fi
lius alicuius poſt reſurrectionẽ
generalem,& hæc opi.vr̃ abſur-
da.¶Tertio ergo modo vr̃ me-
diandum inter iſtas duas vias
extremas,videlicet,ꝙ filiatio di-
cat habitudinem geniti ad ge-
nerans,fundatam ſuper exiſten
tiam actualem naturæ acceptæ
per generationem,vel ſuper ip-
ſam naturam acceptã ſic actua
liter exiſtentem,& hoc ſiue con
tinue habitam poſt acceptio-
nem ſine interruptione, ſiue eã
dem habitam cum interruptio-
ne, ita quod vtrunque accidat
ſibi. ¶Et hoc modo poteſt re-
ſponderi ad argumentum, &
poteſt

A poteſt dici, ꝙ licet iſta natura accepta per hanc generationem non poſſit habere idem eſſe numero, quod accepit non fundando iſtam eandem relationem numero, non tñ ipſa relatio eſt ſibi conſubſtantialis, quia poſſet abſolute eadẽ exiſtẽtia fuiſſe numero habita ſine iſta relatione, puta ſi accepta fuiſſet immediate a creante, vel ab alio generante. ¶ Ad argumentum tactum ad iſtud dubium. dico ꝙ relatio nature ad primum efficiens eſt ei ſubſtantialis, quia non poſſet eadem natura eſſe, niſi haberet relationem ad primum efficiens. ſed ad ſm efficiens eſt relatio tm accidentalis, quia poſſet natura manere eadẽ ſine habitudine ad quodcunque efficiens ſm, & de iſta materia dictũ eſt diffuſæ prima
94. & 5. diſt. 2. li. Quõ relatio creaturę
B ad Deum efficientem eſt eadẽ creaturę, & quõ non eſt eadem, quia eadẽ vere & realiter, non eadem formaliter, neque multo magis * ſic ſunt eadem ſubſtantia, & ipſa ratitudo, vt firmitas fundamenti. Nec iſta contradicunt, licet enim entitati abſolutæ ſit idem ręaliter veritas, & bonitas, & huic entitati hęc veritas, & hęc bonitas, non tamẽ formaliter & quiditatiue, quia veritas, & bonitas ſunt quaſi paſſiones entis. 4. Met. Ita etiam eſt de realitate, a qua accipitur differentia. & ſimiliter de quiditate, & entitate indiuiduali, & de alijs multis, de * quibus frequenter tactum eſt de iſta differentia ex parte rei, qua hęc realitas nõ eſt formaliter illa, licet ſit idẽtice illa. Nec ẽt eſt contradictio ſm dicentẽ reſpectũ veſtigialẽ eſſe ratitudinẽ fundamenti aliquid eſſe idẽ fundamẽto, quod C conceſſum eſt in 2. lib. de relatione creaturę ad Deũ, & tñ non ſic idẽ, ꝙ ſit ratitudo fundamẽti, quod negatũ eſt li. 1. diſt. 3. q. de veſtigio, quia ipſe ponit oẽm relationem eſſe eandẽ fundamento, nec tñ oẽm ratitudinem fundamenti, ſed diſtinguit reſpectũ veſtigialem ab alijs in hoc.

a. l. ſic eadẽ quod ſit ipſa ratitudo.

t. 5. 17. et t. 11.

a. l. qua.

AD ARGVMENTA.

Ad primũ dico, ꝙ filius filiatione eſt filius. ſicut pater paternitate eſt pater, ſed pp hoc non ſequitur ad plurificationẽ filiationũ plurificatio filiorũ, quia cõcreta non plurificant' niſi plurificentur tam forma quàm ſuppoſitum. ſola enim plurificatio formę non ſufficit, maxime vbi plures formę, ſiue eiuſdem rõnis, ſiue eodem nomine expreſſę, vt hic poſſunt eſſe in eodem, c. 60. vel quemadmodum Chriſtus non li. 3. et 14. eſt plures volentes, licet habeat plures * voluntates ſm Dam. vn D de in forma arguendi. filiatione a. l. volitiones. eſt filius. ergo alia filiatione eſt alius filius. eſt fallacia conſequentis, a deſtructione antecedentis. ¶ Ad ſecundum dico ꝙ ſi pater fuiſſet incarnatus, fuiſſet confuſio, quia filiatio tpalis diceretur de eadẽ pſona in qua eẽt paternitas ęterna, & ita confuſe poſſet illa perſona nunc dici pater, nunc filius, modo non eſt talis confuſio hic, quia pciſe eadẽ perſona dr filius vtraque filiatione, cũ ergo nũc abſolute dr filius, diſtincte intelligitur de eadẽ pſona de quacũq; filiatione fuerit ſermo, ſed tunc cũ diceretur filius, non diſtincte intelligeretur vnica perſona, ſed nũc vna, nũc alia indiſtincte ſm ꝙ ſermo fieret de filiatione hac, vel illa. ¶ Similiter argumentum

A tum eſt ad oppoſitum, quia nõ
eſſet tunc confuſio, quæ nõ eſt
nunc, niſi quia pater tũc aliquã
filiatione, & non relatione ſua
æterna, diceretur filius matris.
ergo & mõ fili⁹ dr̃ filius filiatio
ne alia q̃ filiatione æterna. ¶Ad
tertiũ, patet ex dictis in ſolutio
ne dubij, quia Chriſtus poſt re-
ſurrectionẽ eſt filius Mariẹ ea-
dem filiatione, qua prius, q̃a fi-
liatio fundat̃ ſuper exiſtẽtia na-
turæ acceptẹ per generationẽ
abſolute, cui accidit interru-
ptio, dummodo exiſtẽtia ſit ea-
dẽ, & ideo qñcunq; illa exiſten-
tia eſt eadẽ, & aliud extremum
idẽ, & filiatio eſt eadẽ, & eadẽ
actione qua fundamentũ redit
idẽ, & relatio redit eadẽ. ¶Et cũ
arguitur, ꝙ alia productione ac
cepit eſſe in reſurrectione, di-
co ꝙ illa non tollit filiationẽ,
B quæ fundatur ſuper illud eſſe ac
ceptum primo per generationẽ,
ſed tantum ſunt duẹ relationes
conſequentes duas productio-
nes paſſiuas, quæ fuerunt ad idẽ
eſſe, & vna fuit interrupta. ſicut
& eſſe fundamenti, altera tunc
primo eſt noua. Ad aliud dico,
ꝙ non tantum realiter, & vere
dr̃ Chriſtus ſic filius Mariẹ, ſi-
cut Deus realiter & vere dr̃ do-
minus creaturæ, ſed reali gene-
ratione paſſiua accepit illam na
turam actualiter exiſtẽtẽ, ꝓpter
quod ſequitur ipſum reali filia
tione eſſe filium. ¶Ad aliud ẽt
dico, ꝙ ſi Deus dicatur forma-
liter creator relatione rõnis, vel
a.l.rõne. ẽt nulla * relatione, ſed denomi
natione reducta ad genus rela-
tionis, nquantũ. ſ. terminat rela
tionẽ in creatura (ſicut dictum
fuit diſ.30.primi) tñ nõ eſt crea
tiuus per relationẽ rõnis. & hoc
intelligendo, non de eo, qđ for-
maliter importatur per hoc ꝓno C
men * creatiuus, ſed de funda-
mento, ſicut aliquid dr̃ calefa-
ctiuũ calore, vt fundamẽto po-
tentiæ calefactiuẹ, & non rela-
tione fundata in calore, & rõ ad
hoc poſſet tangi, quia nulla rela
tio rõnis poteſt eſſe formalis ra
tio, qua aliquid põt procedere
ens reale, quia ens rõnis nõ eſt
in aliquo, niſi vt tñ habet eſſe
in intellectu, ſicut cognitũ in co
gnoſcente. hoc autẽ eſſe eſt di-
minutũ reſpectu eſſe exiſtẽtiæ
realis, & ideo ſm̃ iſtud eſſe non
põt eſſe cauſa alicuius ſm̃ ali-
quod eſſe realis exiſtẽtiẹ, quod
eſt eſſe perfectius, neq; produ-
cti naturaliter, neq; artificialiter.
¶Et cũ probatur in propoſito,
ꝙ Deus non eſt potens creare,
niſi vt artifex. ¶Rñdeo ꝙ ſciẽtia
Dei q̃ eſt in Deo, quædã ꝑfectio
abſoluta eſt in eo ex natura rei,
ſed ipſa nõ dr ars, niſi ex reſpe- D
ctu ad alia obiecta, vel aliquo-
rũ obiectorũ ad ipſam. licet er-
go Deus producat creaturas vt
artifex, hoc tñ non eſt vt in ſciẽ-
tia fundatur reſpectu rõnis, quẹ
ſit rõ, qua poteſt producere, ſed
tñ vt ille habitus abſolutus, qui
dr̃ eſſe ars ineſt ipſi Deo; ita ꝙ
in forma arguendi eſt falla-
cia accidentis, Deus vt artifex
eſt productiuus, per relationem
rationis eſt artifex, ergo per re-
lationẽ rõnis eſt productiuus.
maior enim eſt vera, prout me-
dium non accipitur pro ipſa re-
latione, quam importat artifex,
ſed pro fundamento ipſius rela
tionis. & minor eſt vera tantum
pro ipſa relatione formaliter.
Exemplum, calidum potentia
calefactiua eſt calefactiuum, po
tentia * calefactiua eſt relatio.
ergo relatio eſt calefactiuum.
maior

A maior eſt vera de potentia ſumpta pro eo, quod dicitur potentia caleſactiua, ſiue pro fundamento iſtius relationis, non autem pro ipſa relatione potentialitatis, & minor eſt vera ſolum pro ipſa potentialitate, & relatione in ſe importata per ipſam. & non pro ipſo abſoluto, in quo fundatur. ¶Qualiter autem ſcientia Dei abſoluta, & vt abſoluta poſſit ſufficienter habere totam rationem artis, in quantum ipſa terminat relationes omnium creaturarum, vt artificiatorum ad artificem, dictum eſt diſtin. 35. & diſtin. 36. 1. lib. in materia de ideis. ¶Ad vltimum, concedo, quòd filius eſt realiter æqualis matri ſecundum naturam humanam, vel excellentior. Et cum arguitur de illa vnione. probo, quod B iſta propoſitio accepta, ſcilicet quod æqualitas fundatur ſuper vnitatem vnionis, eſt falſa, quia vnio eſt relatio, non enim poteſt intelligi ratio vnionis ad ſe, quęro tunc quæ relatio, aut eadem quæ ęqualitas, & tunc idem fundabitur in ſe, aut eſt alia. & ſi alia, aut illa fundabitur ſuper vnum, & quæro ſuper quam vnitatem, ſi ſuper vnitatem & non ſuper vnitatem vnionis, idē poteſt dici de æqualitate. Si ſuper vnitatem vnionis eſſet proceſſus in infinitum. ¶Et ſi dicas, quod iſta vnio non eſt materiæ ad formam, neque aliqua multarum vnionum manifeſtarum, ſed eſt vnio paritatis, hoc videtur exponere vnum vocabulum per aliud eiuſdem ſenſus. Idem enim eſt æqualitas, & talis vnitas paritatis. (Quare Hen.) negare ergo æqualitatem in diuinis eſſe realem, quia non eſt ibi vnitas paritatis, eo modo quo antecedens C poteſt habere aliquem intellectum probabilem, eſt negarē idem propter idem. vt ꝙ æqualitas non ſit relatio realis, quia non æqualitas. ¶Et quod additur ad iſtam concluſionē, quod oporteret eſſentiam bis accipi, non autem bis accipitur, niſi vt habens vnitatem vnionis. ¶Improbatur ꝑ hoc, quòd eſſentia fundat relationes originis, quæ ſunt reales, & tamē non eſt bis accepta ex natura rei. (Quare Tho.) ¶Quod ſi dicatur, ipſam bis accipi in producente, & producto. ¶Contra. quæro quid eſt bis accipi ex natura rei. aut habere aliqua aliquo modo diſtincta ex natura rei, & abſoluta. & hoc falſum eſt in propoſito, aut tantū habere relationes diſtinctas ex natura rei, & tunc eſſentiam fundare D ex natura rei relationes originis diſtinctas, quia bis accipere ex natura rei, eſt ipſam fundare relationes originis reales, q̄a fundat duas relationes reales, quod nihil eſt. ¶Ad argumentum ergo dico, quòd ſuper vnitatem non vnionis fundat̄ æqualitas, ſed illa vnitas in creaturis non eſt entis ſingularis, ſed naturæ. de qua duplici vnitate tactum eſt ſatis in q. de indiuiduatione. 2. lib. diſtin. 3. & ita in propoſito vnitas fundans æqualitem, non eſt vnitas perſonæ, ſed naturæ, nec illam oportet diſtingui, vel bis accipi ad hoc, ꝙ relatio ſit realis, ſed ſufficit ꝙ ipſa exiſtente eadem, extrema realiter diſtinguantur, ſicut & in relationibus originis. ¶Et tunc ad propoſitum dico, quod in natura humana in Chriſto eſt vnitas aliqua realis minor vnitate numerali

&

A & ſimiliter vnitas realis in Maria,& iſta vnitas eſt fundamentum mutuæ æqualitatis in Christo & Maria, ſi ponantur fuiſſe æquales in natura humana.

PRÆTEREA INVESTIGARI OPORTET &c.

DISTIN. IX.

QVÆST. VNICA.

*Vtrum Chriſto debeatur latria ſolum ſecundum naturam diuinam.*

CIRCA iſtam diſt. nonam, in qua magiſter agit, & inquirit. Vtrú caro Christi debeat adorari. ¶Quæritur, vtrum Chriſto debeatur latria, ſolum ſecundum naturã diuinam, ꝙ ſic videtur.

B latria eſt cultus debitus ſoli ſũmo domino, ratione ſummi dominij, ſed Chriſtus ſolummodo ſecundum naturam diuinã eſt ſummus dominus. ergo &c. ¶Præterea, Chriſtus ſecundum naturam humanam adorauit, quia orauit. ergo ſecundũ iſtã habuit ſuperiorem, & ita propoſitum. ¶Præterea. quantumcunque iſta natura humana ſit vnita verbo, ipſa tamen* creata eſt, nec excedit limites creaturæ. ergo nec cultus debitus Chriſto ſecundum iſtam naturam debet excedere cultum debitum cuicunque creaturæ. huiuſmodi eſt latria. igitur &c. ¶Præterea. ſuper illud Pſal. adorare ſcabellum pedum eius. dicit glo. no illa adoratione latriæ, quæ ſoli Deo debetur. ¶Præterea ſolum illud eſt ſic adorãdũ, quod eſt ſuper omnia diligendũ, quia

*a. l. creatura.*

C idem, & ſecundum eandem naturam eſt ſummus dominus, & finis vltimus, ſed Chriſtus tantum ſecundum naturam diuinam eſt ſumme diligendus, qa ſolum ſecundum eam eſt ſummum bonum, & finis vltimus, ergo &c. ¶Contra hoc magiſter in litera adducit auctoritates.

HIC SVNT TRIA videnda. ¶Primo qualiter accipitur latria. ¶Secundo de debito qualiter debeatur Deo. ¶Tertio cui, & ſecundum quam naturam Chriſto debetur.

DE PRIMO ſciendũ eſt, ꝙ ſicut reuereri aliquẽ actu interiori, eſt bona propria reputare parua reſpectu bonorum illius, quem reueretur,* cuius bona reputat magna, & eſt actus virtutis. Ita extollere in corde bonitatem alicuius, tanquàm ſummã reſpectu bonitatis ſuæ, & a quo ipſe magnificans habet totã bonitatem ſuam, eſt actus

*a. l. bona reuere. magni. &c.*

D quidem laudadilis, dummodo habeat obiectum ſibi conueniens, illud. ſ. cuius bonitas excedit bonitatem illius reuerentis, & a quo ipſe reuerens habet bonitatem ſuam. Hęc reuerentia ſumma in actu interiori reſpicit ſolum Deum pro obiecto conuenienti, vt ſummum bonũ, vel ſummum dominum. Huic actui interiori correſpondent aliqui actus exteriores, qui ſunt ſigna huius actus interioris, puta in quacunque lęge aliqua ſacrificia, vel aliqui ritus, vel genuflexiones proteſtantes iſtam reuerentiam ſummo domino exhibendã, & ſummam eſſe dominationem in eo, cui talia exhibentur, & ſubiectionem eſſe ad illum in exhibente. ¶Ex iſtis actibus inferioibus frequenter eliˀ

citis,